

---

## Theses utriusque juris.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00012.39

**Auteur(s)** : Jacques François Gerantet

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Paris)

**Imprimeur** : Ballard fils

**Période de création** : 2e quart 18e siècle

**Date de création** : 1749

**Description** : Une feuille de papier bruni et taché. D'importantes déchirures ont été réparées par du papier collé au verso. Le dos a été renforcé au moyen de ruban adhésif. Le coin supérieur gauche est dégradé. Estampe dans la partie supérieure.

**Mesures** : hauteur : 745 mm ; largeur : 524 mm

**Notes** : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention du baccalauréat, Jacques Gerantet, le mardi 11 février 1749, à Paris. Les articles de droit civil traitent des invalidations de testaments. Les articles de droit canon portent sur les règles de parrainages pour la nomination des prêtres. L'estampe représente Saint François recevant les stigmates.

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français

Nombre de pages : 1

Mention d'illustration

ill.



# OPTIMI PATRIS PATRONO.

## THESES UTRIQVE JURIS EX MATERIA SORTITO DUCTA. CANONICI. CIVILIS.

Ex Cap. 15. Extra De Jure Patronatus.

**J**US Patronatus est jus singulare concessum Ecclesie fundatoribus, eorumque heredibus.  
**II.**  
**H**OC Jus maxime consistit in facultate presentandi Clericum ab Episcopo instituendum, ad Beneficium vacans.  
**III.**  
**J**US Patronatus vulgò triplex distinguitur; Laicum scilicet, Ecclesiasticum & Mixtum.  
**IV.**  
**E**CCLIASTICUM competit solum Clericis, quia ratione suorum Beneficiorum jus hoc ipsis competere potest.  
**V.**  
**L**AICUM verò potest competere Clericis & Laicis ratione patrimonii vel familie. Mixtum competit Corporibus mixtis, Universitatibus, Collegiis.  
**VI.**  
**P**ATRONO ecclesiastico conceduntur sex menses ad presentandum; sed variare non potest.  
**VII.**  
**Q**UATUOR tantum menses dantur Patrono laico ad presentandum; sed variare potest.  
**VIII.**  
**S**EIPSUM presentare non potest Patronus, sed filios & nepotes rectè presentat.  
**IX.**  
**N**ON potest vendi Jus Patronatus; transit tamen cum fundo cui annexum est.

Ex Lege 15. Cod. De inofficioso Testamento.

**T**ESTAMENTUM dicitur inofficiosum quod est factum contra pietatis officium.  
**II.**  
**Q**UERELA inofficiosi testamenti est imploratio officii Judicis, quia testamentum sub colore furoris & insanie rescindi postulat.  
**III.**  
**N**ON enim fuit consentiendum parentibus circa sanguinem proprium malignè judicium inferentibus.  
**IV.**  
**I**DEOQUE competit liberis sine causâ exhereditatis, vel iniquè præteritis.  
**V.**  
**E**XHEREDITATIS quidem à patre, præteritis à matre.  
**VI.**  
**C**OMPETIT etiam parentibus adversus testamentum liberorum.  
**VII.**  
**P**ORRO querela inofficiosi testamenti est extremum & subsidiarium remedium, neque nisi deficientibus aliis remediis datur.  
**VIII.**  
**U**NDE denegatur querela inofficiosi testamenti iis qui semel ultro & spontè judicium delincenti comprobaverunt.  
**IX.**  
**S**IMILITER denegatur iis qui alio jure ad bona defuncti pervenire possunt.

*Hæc Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Deiparâ, & Præsule CLV. D. PAULO CAROLO LORRY, J. U. D. Consult. Facult. Paris. Aggregato, & in Senatu Patrono, tueri conabitur JACOBUS FRANCISCUS GERANTET, Lugdunensis, die Martis 11. Februarii, anno Dom. 1749. a sesqui-quintâ ad sesqui-septimam.*

Aderunt cum jure suffragii forte ducti Clar. D. D. Girard, Desferriere, de Chauvigny, Desfèvres, Thomassin, Lorry.

PARISIIS,

IN ANTIQUO JURIS AUDITORIO.  
**PRO BACCALAUREATU.**

Anno MDCCXLIX. Typographum Confessionis in hanc; et Typographi BALLEARD Fili, viâ Bellevue.

